



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

11. Novembris. 3. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari.



II. Novembris. 3. Idus.

B. ENARRANDE, gemina sub vexillo Cisterciensi militia clare: quarum priorem exercuisti juvenis inter Templarios Equites tum gregarius tum supremus Ordinis Magister: posteriori emeritus in Claravalle gefisti, te solùm pro hoste agnosens: galeam dedit humilitas, armorum vicem subiere flagella: vigiliæ, preces, & inedia ludi militares erant, quibus denique melius quàm ante Jerosolymam cœlestem expugnâsti. *Dignum utique stipendium est militia brevissimæ Civitas illa felicitatis æternæ. Tu accende animum meum ad pugnam, ut mori millies eligam, quàm victas hosti infernali manus dare.*

Floruit
circa
annum
1190.

B. HENRICE, Abbas Heisterbacensis: qui juvenis à propinquis, suum magis commodum, quàm tuum spectantibus, ad Canonicatum Bonnensem promotus, salutem in fuga ad cœnobium Heisterbacense quæsiisti. At illi te extra limites evocatum equo violenter imponunt, Bonnâmq; reducunt. Stra-

Obiit
anno
1219.

*Calixtus
ad Or-
dinem
voca-
tur,*

*Et ad
honores*

*Mortē
visione
præno-
scit.*

cunt. Stratagematis igitur pugnan-
dum esse cernens, latens in corde de-
siderium cautè celasti, donec opportu-
nè ex eorum manibus elapsus sacra te-
veste tanquam vallo munisti: haud
parum adjutus precibus cujusdam pie
Reclusæ, quam sub tua persona An-
gelus, ut pro te DEUM precari per-
geret, fuerat adhortatus. Post admi-
nistratum deinde aliquamdiu Prioris
munus regimini Abbatiali præfuit
vaticinium, quo B. Sifridus vidit à Re-
gina cœlitum tibi annulum miræ pul-
chritudinis donari. Industriam tuam
sensere filii, quos quotidiano incre-
mento catervatim ad condendas co-
lonias emisisti: sensere etiam lustrali-
um flammaram captivi, magno nu-
mero tuis precibus libertatem conse-
cuti. Laborum denique propinquan-
tem mercedem præostendit Deipara,
quam sub nocturnis vigiliis vidisti co-
ronam aureâ catenâ suspensam in
chorum dimittere, cui gemmarum lo-
co tuum ac filiorum nomina erant
inserta. *Ea nimirum est Divinæ Clemen-
tiæ consuetudo, ut sua dona in nobis au-
geat, si pro acceptis gratos nos inveniat:
ingratis verò, et malè utentibus etiam ea
quæ dedit, auferat. Inter hos posteriores
ne numerer, tu me ad agnoscenda divina
in me beneficia exstimula.* S. B. E. R.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Nos ergò, fratres, si gratiam cupimus **DEUS**
 invenire, sic de cetero abstineamus à ^{respicit} abiti-
 vitijs, ut de prateritis quoque peccatis ^{nentes}
 dignè pœniteamus. Nihilominus quo- ^{à vitijs,}
 que solliciti simus, & devotos nos Deo ^{& ope-}
 exhibere; hujusmodi nempe animas ^{bona,}
 gratanter respicit pio illo respectu, de
 quo sapiens ait: Et respectus in electos
 illius.



12. Novembris. Pridie Idus.

B. WALTERE, Abbas Villariensis. ^{Obijt}
 Flos innocentiae, utpote quam ad ^{anno}
 extremam usque horam ne levi qui- ^{1221.}
 dem deliberatè admiffâ noxâ libâsti.
 Hunc maturè è divitiarum spinis,
 quas generis nobilitas promittebat,
 exemisti: ac ne marcesceret deinceps, ^{Dono}
 continuo lacrymarum imbre rigabas: ^{lacry-}
 fovisti etiam precum fervore: in quas ^{marum}
 cùm te multis subinde horis proster- ^{& de-}
 nerer, ad eò inconnivis oculis cœlo in- ^{votio-}
 hærebas, ut nulla molesta cogitatio a- ^{nis e la-}
 nimum pulsaret. Animi demissio tum ^{rus.}
 primùm clarissimè eluxit, cùm in sede
 Abbatiali quiescebat. Gratulabatur
 sibi